



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

V. De officio Diaconorum aßistentium Episcopo in vesperis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

pluvialis & cum Episcopus cantat, vel legit aliquid ex libro, ipsi Diaconi hinc inde apponunt manus super eo, & primus folium vertit, alter digito indicat legenda.

IV.

in habitu Diaconorum Celebrantium assistentium.

tentem & Diaconum & Evangelium & Episcopo loci orationis Celebranti Missam & non infamem ex ordine Diaconorum.

lebret Missam aut in habitu Diaconali, & superpellitum & suppellicium de sua Episcopali sede inde, & sedenti imponitur. Imponitur dextris, osculato à sinistris Assistentibus defluentes apertis à sinistris assistentibus seruianti de misericorditerinum aufert capillos. Semper ponere & auferte inducus ad Altare tantur, nudo capite. Quoties apud adum suam dextris res quascumque onus à dextris partem eleuat ambas eleuant fimbrias pluuiialis,

TITVLVS V.

De officio Diaconorum assistentium Episcopo in Vesperis.

1. Ipsi Diaconi Episcopum venientem ad Ecclesiam in habitu Canonicali comitantur, statimque amictu & Dalmatica induti, iuuant Episcopum dum paramentis suis induitur, omnibusque paramentis induto mitram ei imponunt.
2. Dum Episcopus dicit *Deus in adiutorium*, primus eleuat partem pluuialis dexteram sinistra, se signans dexterâ, & inchoato primo psalmo, primus imponit ei mitram adiuuante secundo.
3. Ad psalmos sedent recto capite, illud nudantes ad versum *Gloria Patri* & alios similes se inclinant. Primus intonat secundam Antiphonam stans, alio etiam stante, secundus quintam primo etiam stante.
4. Ad Capitulum stant nudo capite, & responso à Choro *Deo gratias*, secundus aufert mitram sicque stantes cum Episcopo manent, donec hymnus absolutus fuerit à Choro.
5. Intonata ab Episcopo Antiphona ad *Magnificat* primus imponit ipsi sedenti mitram, ipsi veto manent stantes nudo capite.
6. Cum Chorus incipit *Magnificat*, Episcopus procedit ad Altare medius inter illos caput denudatum habentes, & ibi statim ut accesserunt, secundus aufert mitram, & statim ambo

ambo adiuuant dum Altare ascendit, & similiter hinc inde assistunt dum Altare thurificat.

7. Altari incensato primus imponit ei mitram, & ambo comitantur eum redeuntem ad sedem suam, vbi postquam incensatus fuerit, secundus aufert mitram, & ambo thurificantur post Presbyterum assistentem duplici ductu.

8. Cum reperitur in Choro Antiphona, sedenti Episcopo primus imponit mitram, & ea finita secundus aufert.

9. Ad Orationem stant, & primus vertit folia & secundus à sinistris indicat orationem.

10. Responso à Choro *Deo gratias* primus iterum Episcopo mitram imponit, cum qua in sua sede, ipsis stantibus & se inclinantibus benedicit populo.

11. Finitis Vesperis dum Episcopus paramenta deponit in sua sede ipsum adiuuant, deinde depositis Dalmaticis & amictibus in habitu Canonicali eum comitantur.

TITVLVS VI.

De officio Diaconorum assistentium Episcopo in Missa solemni.

1. Episcopum solemniter Celebraturum, in habitu Canonicali ad Ecclesiam procedentem cum alijs de Capitulo comitantur, deinde ad sedem, vbi stant in habitu canonicali, & dum Episcopus dicit Psalmos *Quam dilecta*, & alios, respondent ei cum Assistente Presbytero.

2. Deinde quando Episcopus incipit se induere paramentis sacris prædicti Diaconi capiunt sua paramenta, id est Amictus, Dalmaticas super Rochettum aut superpelliceum: & dum parantur assistunt Episcopo duo alij Diaconi.

3. Postquam